



**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesu Theologi. In D.  
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De  
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censvris.  
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

**Lessius, Leonardus**

**Lovanii, 1645**

Dvb. 3. Vtrum Indulgentiæ defunctis per modum suffragij concessæ,  
valeant illis ex condigno, certaque lege; an tantùm ex congruo, nempe si  
Deus acceptauerit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

CAPUT V  
De Indulgētijs Defunctorum.

## DV BIVM I.

*Virūm Indulgētia proſint defunctis?*

**S**uppono: Nec beatis, nec damnatis prodeſſe.  
Non profunt damnati vel Beatis, sed in Purgatorio exiſtentibus.

**38** Vide D. Augustinum in Enchiridio cap. 110. & lib. De cura pro mortuis habenda, cap. 1. Nunc.

Respondeo: Indulgētias prodeſſe defunctis in Purgatorio detentis, si illis ab Ecclesia applicentur. Est certum: & contrarium eſt hærefis, vel hærefi proximum.

Probatur Primo: Nam inter ceteros Lutheri articulos damnatur etiā ille vigesimus secundus: Indulgētia sex hominum generibus nec sunt necessaria, nec vtilis: mortuis seu morituri, infirmis, legitime impeditis, his qui non admiserunt criminis, his qui crimina commiserunt sed non publica, his qui meliora operantur. Vide Leonis X. Bullam apud Cajetanum 3. parte quæſt. 48. art. 5.

Probatur Secundo: Quia defuncti sunt membra Ecclesiae, Fide, Spes, & Charitate ei conjuncta; vt docet D. Augustinus lib. 20. de Ciuitate Dei, c. 9. ergo ab Ecclesiā iuuari possunt. Consequētia probatur, quia idcirco eſt bonorum cōmūniō in Ecclesia, quod fideles sint inuicem membra: membrum autem pro membro follicitum fit, & laboreſt.

Probatur Tertiō: Suffragia, id eſt, preces Ecclesiae, sacrificia, & alia pia opera profunt defunctis, vt patet 2. Machab. cap. 12. v. 46. Sancta & salubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur. Idem definitum eſt in Cōcilio Tridentino ſess. 25. in principio; & in Florentino, in decreto uionis Armenorum cū Ecclesiā Latina. Idem quoque docent Patres apud Gratianum 13. quæſt. 2. Cur non etiam illis proſint ſatisfactio[n]es Christi & Sanctorum, si per Ecclesiā applicentur? Poſſe autem applicari, ex eo liquet, quod ſint membra Ecclesiae opis indigo.

Paschal. I.  
Gregor. I.

Probatur Quartō: Ex vſu Ecclesiae ſatis antiquo. Nam Paschalis I. ante annos 700. Indulgētias defunctis concesſit, cuius factum vndeclim ſequentes Pontifices confirmārunt. Idem fecit Gregorius I. ante annos ferè mille, ut monumeta teſtantur, que in templo S. Praxedis, & alibi Romæ paſſim extant. Vide Gabrielem in Canonem Miffa, lectione 57. Ioan. Maiorem, diſt. 20. qu. 2. ſub finem. & Nauar. notab. 22. num. 9.

## DV BIVM II.

*Quomodo Indulgētia Defunctis concedantur?*

**M**ichaël Medina diſput. 7. cap. 34. de Indulgētijs, exiſtimat illis confeſſi per modum abſolutionis, ſicut viuis; idque valde acriter tueretur.

Contraſum tamen eſt verius, & probabilius: nempe, ſolū per modum compensationis ſeu suffragij illis Indulgētias confeſſi. Eſt communis ſententia. Nam præter eos, qui hoc modo etiam viuis dari volunt Indulgētias, tenet hanc ſententiam etiam illi, qui viuis dicunt confeſſi per modum abſolutionis: Bonauentura diſt. 20. parte 2. quæſt. 5. Richardus eadem diſt. circa 3. principale, quæſt. 3. Maior

**39** Mich. Me- dia.

Verius eſt dari per modum ſuf- fragij, non abſolu- tionis.

ſuprà diſt. 20. quæſt. 2. vbi dicit id à Parisienſe Facultate eſſe definitum. Gabriel in Canonem Leſt. 57. Cajetanus Opus. 15. cap. 5. Nauar. notab. 22. de Indulgētijs num. 7. & alij.

Probatur Primo: Quia Ecclesia in defunctorū animas nullam habet iuriſdiſtione[m]: ergo non potest illis dare Indulgētias per modum iuridica abſolutionis. Antecedens probatur, Matthēi 18. v. 18.

Quæcūque ſoluerit ſuper terrā, erunt ſoluta & in calū: vbi datur potefas tantū in viuentes ſuper terrā, vt indicat Gelaſius Papa, Capit. Legatur, 24. quæſt. 2. vbi ait: ſuper terrā, inquit Dominus; nam in ligatione defunctum nunquā dixit eſſe abſoluendum. Hic probat Gelaſius, defunctum in excommunicatiōne non poſſe ab Ecclesia abſoluui, quia Domini inquit, Quidquid ſoluerit ſuper terrā. D. Leo epift. 90. ad Epifcopum Narbonenſem de cōmūnione priuatū, & ita defunctis: Horum cauſa indi- catio Dei reſeruanda eſt, (quia videlicet Ecclesia non potest eos abſoluere.) & inſtrā dicit: Nos talibus communicare non poſſumus. Eadem docet Gratianus in eadem quæſt. & cauſa in principio: ſuper terrā, inquit, non ſub terrā, oſtendens quod viuentes pro varietate ſuorum meritorum ſoluere poſſumus, & ligare; de mortuis verò ſententiam ferre non poſſumus. Idem confirmitur ex Ambroſio lib. 2. de Cain & Abel, cap. 4. Dominus, inquit, par ius eſſe voluit ſoluendi atque ligandi: atqui Ecclesia defunctos ligare nō po- tefas: ergo nec ſoluerit.

Probatur Secundo: Pontifices in omnibus Indulgētijs, quas defunctis concedunt, addere fo- lent, eas obtineri vel condeſſi per modum ſuffragij; ſatis per hoc inſinuantes alteri ſe confeſſare non poſſe. Dubium enim non eſt, quin optimo & efficacissimo modo, quo poſſunt, eas condeſſere veſtīnt.

Dicuntur autem condeſſi per modum ſuffragij In- indulgētia, non quia condeſſuntur ipſis mediante opere viuorū, vt vult Gabriel, (hoc enim non eſt condeſſere Indulgētias ipſas per modum ſuffra- gij, ſed per alterius ſuffragium:) verum quia ipſe ſatisfactio[n]es Christi & Sanctorum applicantur illis tanquam ſuffragium, id eſt, tanquam opus bo- num ſuffragatorium vel opitulatorium. Nam val- dē probabile eſt etiam ſine opere alicuius alterius viuentis poſſe eis à Pontifice immediatē Christi & Sanctorum ſatisfactio[n]es applicari. Ita docet Nauar. notab. 22. nu. 33. vbi dicit aliquid Pon- tifices huiusmodi Indulgētias condeſſuisse.

## DV BIVM III.

*Virūm Indulgētiae Defunctis, per modum ſuffragij confeſſa, valeant illis ex condi- gno, certa[re] lege; an tantū ex con- digno, nempe ſi Deus acceptauerit?*

**R**espondeo: Quidquid Cajetanus & alij qui- dam dixerint, valere ex condigno, & certa[re] lege. Eſt ferè communis ſententia, vt docet Nauar. notabili 22. num. 18. Probatur: quia etiā fortalſe noſtra ſatisfactio non alteri valeat ex co- digno, tamen ſatisfactio Christi ita valet non ſolum viuis, ſed etiam defunctis: atqui haec poſſi- mu[m] applicatur per Indulgētias, vt patet in Ex- trauag. Vnigenitus.

Dices: Ergo Pontifex poſſet uno die exhausti- re Purgatoriorum.

Respondet

Car Papa  
non possit  
vno die ex-  
haurire  
Purgato-  
rium,

Respondet Cajetanus opusculo 16. quæst. 5.  
id fieri non posse: quia Indulgencie ijs duntaxat  
defunctis profunt, qui, vt prodeſſent, merue-  
runt. Ij autem id meruerunt, qui, dum viue-  
rent, conati sunt, quantum in ijs erat, pro pec-  
catis suis ſatisfacere.

Verum hæc ſententia paſſim reiecitur, vt oſten-  
dit Sotus d. 21. q. 2. ar. 3. ſub finem: Omnes enim,  
qui in gratia diſcedunt, capaces ſunt cuiusuiſ in-  
fluxus meritorum Christi, qui per Indulgencie  
diſpenſatur. Non enim fundamenſum communio-  
niſ ſuffragiorum Eccleſie eft particulaſe aliquod  
meritum, ſed ſtatus gratia, ob quem ſatiſ digni  
ſunt qui iuuentur. Et hoc ſolum vult D. Augu-  
ſtinus lib. De cura pro mortuis, cap. 1. & in Enchi-  
ridio cap. 109, cum ait, illis prodeſſe ſuffragia, qui  
meruerunt, vt ſibi prodeſſe poſſent: ſolum enim  
damnaſos excludit; vt patet ex diuifione, quam ibi  
inſtituit.

Respondeo ergo: Pontificē id non poſſe pre-  
ſtare, quia non ſubeft cauſa, ob quam poſteſtate  
Clauium tam ingens diſpenſatio fieri queat: at-  
qui diſpenſatio ſine iuſta cauſa eft irrita.

## CAPVT VI.

## De Indulgencij Viuorum?

42 **N** Otandum eſt: Ex communi ſententia ſaltē  
hæc duo requiri ex parte fuſcipiens: Alterum,  
vt ſit in ſtatu gratia, qui enim eſt in ſtatu  
peccati mortiferi, non eſt capax remiſſionis pœ-  
nae. Alterum eſt, vt praefet opus praefcriptum.

## D V B I V M I.

Vtrum hoc opus debeat fieri in ſtatu gratia?

43  
Vetus  
opinio ne-  
gat.

**R** Espondeo: Etsi Cajetanus & quidam alii  
contrarium ſentiant, probabilius eſt non eſſe  
neceſſarium, vt totum opus, quod praefcribitur,  
fiat in ſtatu gratia; ſed ſufficiere, vt ultimum, in  
que Indulgencie deberi obtineri, fiat in gratia. Ita  
Paludanus d. 20. q. 4. ar. 3. D. Antoninus p. 1. tit.  
10. cap. 3. §. 5. in fine. Silueſter verbo Indul-  
gentia, num. 20, citans Archidiaconum pro hac fe-  
ntentia. Corduba q. 21. & 22. Nauarr. notab. 19.  
num. 19. Et in expoſitione Iubilci Gregorij XIII.  
exprefſo docet, ſatis eſſe, vt homo ſit in gratia tē-  
pore Indulgencie confequenda, quamvis anteā  
in ſtatu peccati tempora viſitauerit, vel ieiunauerit.  
Additique Rome hoc ultimo Iubilæo Bul-  
lam Gregorij ita viuile intellexerat; & omnes ferè  
Theologos & Canoniftas ante & post Cajetanū,  
contra Cajetanum ſentire.

Probatur Primò: Opus quod ad Indulgencias  
requiritur, non requiritur tanquam meritum In-  
dulgencie, ſeu remiſſionis pœnarum, ſed tanquam  
diſpoſitio & conditio quadam: atqui opus pium,  
factum etiā in ſtatu peccati, poſt eſſe diſpoſitio  
ad Indulgencias: ergo non eſt neceſſe, vt fiat in  
ſtatu gratia.

Maior patet. Minor probatur: Quia opus pium  
factum extra gratiam eſt diſpoſitio ad gratiam &  
reconciliationem; cur etiam non ſit diſpoſitio ad  
confequendas Indulgencias?

Dices: Meritum Christi non poſſe applicari  
ad remiſſionem pœnarū per opus mortuū: ergo.

Respondeo Primi: Eſti forte per tale opus

non poſſit completere applicari; tamē nulla eſt ra-  
tio, cur non poſſit applicari inchoatē per illud  
tanquam per diſpoſitionem, ſic ut completa ap-  
plicatio fiat per ultimum opus, quod ponimus  
fieri in ſtatu gratia: ſicut per confeſſionem & at-  
tritionem applicatur Christi meritum inchoatē,  
per abſolutionem completere.

Respondeo Secundò: Applicationem merito-  
rum Christi in Indulgencij propriè non fieri per  
ipſum opus niſi diſpoſitivè, ſed per intentionem  
ſeu abſolutionem Pontificis.

Probatūr Secundò: Preces, ieiunia, & alia pia  
opera, facta in ſtatu peccati, valēt ad auertendam A similiſ  
Dei iram, ſeu flagella temporaria, vt patet in Ni-  
niuſius & in Achab, quoſ credibile non eſt fuſſe  
per poenitentiam iuſtificatos. Valēt etiā ad diſ-  
ponendum populum ad vitæ emendationem, &  
reconciliationem cum Deo: atqui huicmodi fi-  
nes ſpectat Pontifex in concedendis Indulgencij:  
ergo habet cauſam idoneā eas concedendi, quam-  
uis opus totum non fiat in ſtatu gratia.

Probatur Tertiò: Quando conceduntur Indul- Ab uſu Eſ-  
gentie in forma Iubilæi, uſus Eccleſie habet, vt cleſia.  
fideliſ triduo antē ieiunent, & poſte confitean-  
tur & communiceant. Quod si totum opus præ-  
ſcriptum deberet fieri in gratia; oportet antē  
omnia conſiteri, deinde ieiunia, & reliqua obire:  
nam certum eſt, plerosque ante confeſſionem non  
iuſtificari.

Probatur Quartò: In anno Iubilci Romæ pre-  
ſcribitur, vt per 30. dies incolæ, & externi per  
15. viſitent Basilicas, vt patet Extraug. Antiquo-  
rum, De poenitent. & remiſſionib: tamen mora-  
liter vix fieri poeſt, vt omnes iſtæ viſitationes  
paſſim ab hominibus rudibus praefentur in ſtatu  
gratia.

Aduerte tamē, ſemper eſſe ſecurius, vt totum opus ſecuriſ  
fiat in gratia: quia cōtraria ſententia nō eſt omni- eſt vt totū  
no certa. Quod ſi nō totum fiat, ſaltem curandū opus fieri  
vt pars fiat in gratia: nam pro ea parte Indulgen- in gratia,  
tiam confequeris, quamvis forte contraria ſen-  
tentia eſſet vera, vt recte docet Nauar. ſuprā, nu-  
19. Intentio enim Pontificis eſt, dare illam vel in  
totum vel in partem, quantum poeſt, & cauſa  
patitur.

## D V B I V M II.

Vtrum Indulgencie reuiuiscāt id eſt: Vtrum  
iſtæ, qui eas percepit in ſtatu peccati mortiferi,  
fructum confequatur, quando reuigint?

**R** Espondeo: Non reuiuiscere: ſi enim tem- 45  
pore fuſceptionis Indulgencie non ſit in ſta- Non reui-  
tu gratia, nihil poſte confequeris. Eſt commu- uiscunt inſi-  
niſ ſententia, vt docet Corduba quæſt. 21. Ratio  
eſt: Nam tenor earum ſolum eſt, eis concedi tem- eſi Papa id  
pore certo: ergo, ſi tunc ſis indispoſitus, nihil poſte  
confequeris, quia non applicantur. Poſſet  
tamen Pontifex ſtatueret, vt tunc valere incipient.

Dices: Satisfactio Sacramentalis reuiuiscit, cur  
non eriam Indulgencie?

Respondeo: Eſt diſpar ratio: Tum quia ipſa ſatisfactio applicat nobis Christi merita, tanquam  
ea in ſe contineat: vnde ſiuſ ſuſcipi, ſiuſ  
non, per eam applicantur nobis abſolute. In In-  
dulgencij autem non applicantur nobis per opus  
pium, ſed per Eccleſie intentionem, quæ non in-

C eccl iiiij rendit